

240

q̄ opinate res hostium uictoriam confirmabat. Cum ita igitur pugnatum esset superueniunt tenebre: quiescentibusq; exercitibus comotum esse locum: uocemq; ex eo maximam editam ferunt: hoc dicto iuno plures cecidisse etruscorum in acie q̄ romanorum: diuina certe illa fuit uox. Statim enim romanis animi creuerunt: etruscos autem tantus terror incessit: ut egressi castra dissiparentur: plurimi qui uero relicti sunt: non multis pauciores q̄ quinque milia hominum in uadentibus romanis capti sunt: & caetera omnia direpta: Cum uero cadauera enumerassent: quindecim milia & tricenta: ex hostium acie: ex romanis autem uno pauciora sunt inuenta: ferunt hoc proelium pridie kalendas martialis fuisse: triumphauit uero ex eo ualerius primus ex consularibus curru quadriiugo inuectus: quae res pulcherrimum & magnificentissimum spectaculum plebi sine ulla inuidia prebuit: et sine offensione intuentium. Non enim erat eius rei tanta emulatio nec gloria: eius in multos annos permanebat: honores a ualerio collega habiti sunt: funusq; eius quanto tum potuit apparatu fecit: funebremq; orationem de eius laudibus dixit: q̄ adeo grata iocundaq; romanis fuit: ut ex eo consuetudo manserit: ut qui strenue pugnando obissent: ab optimatibus laudarentur: Dicitur etiam funebribus graecorum orationibus: illam uetustioreni fuisse nisi iam solon huius rei auctor extitit: ut anaximenes orator tradit. Verum obeam rem maior inuidia ualerio conflata est: Siquidem brutus quem patrem libertatis existimarat populus haud dignum putasset: se solum regnare: sed socum sibi imperii adiunxisset: hic autem aiebat cum ad se omnia transtulerit: non bruti consulatum nihil ad eum pertinentem: sed tarquinium tyrannidem sortitus est: Quid opus est igitur brutum quidem uerbis extollere: re autem tarquinium emulari: & ex tam magna domo cum fascibus solum descendere: quanta illa regis non erat: quam demolitus fuerat: Et enim re uera ualerius habitabat: sub domum iulianam nuncu-